

# Clarissimi Iurecon

sulti D N. Stephani de Phedericis  
Brixienſis, De Interpretatione Iuris,  
Commentarii I I I I. iam recens stu-  
diosis reſtituti, & à mendis quantum  
fieri potuit, repurgati.

*In quibus & ipſa Topica, quatenus quidem illa  
ad Iuriſſrudentiam faciunt, diligenter &  
doctè ſuis queq; locis tractantur.*

Iuſtitia Domini manet in æternum.



ἡ δικαιοσύνη τῆς κυρίας μόνον εἶναι τὴν αἰώνιον

LUGDVNI, APVD IOANNEM  
FREL LAEVM, M. D. XXXVI.

# VIRO AM

PLISSIMO DN. MATTHIAE

Held, Caesareae Maiestatis Procancellae

rio & c. Ioannes Fichardus Fran-

cofurtensis S. D.



OGITANTI mihi & in hanc Iuris Ciuilis disciplinam saepenumero intuenti, Magnifice MATTHIA, cum alia quidem multa, tum uerò istud in primis subit mirari, quid causae tandem esse possit, cur quū nulla omnino ars humano ingenio uel peculiarior, uel coniunctior illa sit, nō alia tamen hac una magis ardua magisq; difficilis passim habeatur. Nam si rationem reliquarum ferè omnium scientiarum paulò exactius animo uelimus reputare, alias quidem natura abstrusas & ab hominum ingenijs remotas, neq; aliter quàm diuino munere longoq; rerum usu & exercitatione inuentas, alias uerò quamuis ab ipso animo non alienas, tamen non nisi excellenti solertia, summa diligentia, & perpetua obseruatione à maioribus comparatas esse inueniemus. Quas sanè, quoniam pleraeq; tantum in scholis & intra priuatos parietes usurpantur, ab hac uerò luce & usu publico penè sepositae disiunctaeq; sunt, atque inde accidit, ut in ipsis non modo qui excellerent, sed & qui nomen omnino suum profiterentur, multò pauciores semper ex-

A \* 2 tarent

# TRACTA

TIVS DE INTERPRETATIONE

legum, editus per clarissimum utriusq; iuris

interpretem DN. STEPHANVM

de Phedericis Brixensem.

## PRÆFATIO.



**I**NTER multa præclara atque saluta-  
ria infirmitatis nostræ remedia, siue di-  
uino munere collata, siue humano stu-  
dio & labore inuenta, nihil profectò est  
uirtute utilius, nihil melius, nihil ad bene-  
beateq; uiuendum accommodatius. Hæc nanque compo-  
nit mores, uitam ordinat, & ut pulchrè à CICE-  
RONE dictum est, nihil potest illi summo Deo, qui hunc mundũ  
regit, gratius, nihil acceptius esse, quàm coetus & cõuen-  
tus hominum iure & beneuolentia sociati. Inter omnes  
autem uirtutes, quæ ad conciliandã obseruandamq; hanc  
inter se beneuolentiam & societatem aptæ sunt, nulla di-  
gnior uideri solet, quàm illa quam Iustitiam appellamus:  
cuius id præcipuum munus est atq; officiũ, ut quod suum  
unicuiq; tribuens, ab eo quod alienum est, & mentem &  
manum abstinere præcipiat. Quid enim præclarius, quid  
hominibus unum in locum ad ciuilem uitam congregatis  
potest esse cõmodius, quàm cum haberi, qui iustè, sanctè,  
integrè, innocenter, & æquali lance præsideat, qui iniu-

*Rex Henr. 2<sup>us</sup> Ang. Franc. & Norm. R. Ang. & Franc. Rex Henr. 2<sup>us</sup> Ang. Franc. & Norm. R. Ang. & Franc.*

EXCEDEBAT LVGDVNI  
IOANNES BARBOV  
ALIAS LE NOR-  
MAND,

M. D. XXXVI.

M. D. XXXV



*[Extensive handwritten scribbles and bleed-through from the reverse side of the page, including various names and dates.]*